

KANCKEBEER edidit. Nota præter ea sunt scripta contraria Petri Stellæ & Vdalrici Zafii, Francisci Duarenii & Francisci Balduini, Francisci Hotomanni & Iacobi Cuiacii, Claudii Salmasii & Hannibal Caroli Fabroti, quæ omnia Theoreticam Iuris peritiam insig-  
niter illustrant.

## CAPVT OCTAVVM

*De*

# SCRIPTORIBVS' QVI INTE- GRA OPERA IVRIS, DECISIO- NES ET CONSILIA EDI- DERVNT.

## §. I.

PERgimus nunc ad eos, qui *integra Opera Iu-*  
*ris* ediderunt, inter quos eminet TRACTA- *Scriptores*  
*TVS* TRACTATVVM, iussu Gregorii XIII. *qui inte-*  
*Pontificis a Romani in vnum congestus a FRAN-* *gra Opera*  
*CISCO ZILETTO, Venetiis 1584. f. XXVII. Iuris edi-*  
*Tomis.* In hoc Opere videmus selectos Tra- *derunt,*  
*ctatus secundum ordinem Pandectarum Iuris con-*  
*gestos.* Nec inutilis pro statu illorum tempo-  
*rum erat collectio, Hodie vero, cum de sin-*  
*gulis materiis recentiores, sæpe etiam accura-*  
*tiores habeamus Scriptores, tantam ac olim æ-*  
*stimationem non habet. Promiserunt quidem*  
*Bibliopolæ Veneti nouam Editionem Scriptori-*  
*bus recentioribus adornatam, vix tamen spe-*  
*randum ob sumtus nimios eos promissa esse ad-*

X 3

imple-